

Werk

Titel: In Epistolam S.Pavli Apostoli ad Ephesios, Roberti Rolloci ... Commentarius

Autor: Rollocus, Rob.

Verlag: Preux

Ort: Genevæ

Jahr: 1593

Kollektion: DigiWunschbuch; Varia

Werk Id: PPN664576486

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN664576486> | LOG_0003

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=664576486>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de



ARGUMENTVM

Epistolæ.



EPHESVS vrbs fuit
Ionie clarissima: vel, vt
Herodotus ait, Lydiæ,
celeberrimo Dianæ tē-
plo clara, & magnæ
Dianæ cultrix, Act. 19. 33. 34. ab Ama-
zonibus condita. De Pauli primo in hanc
urbem aduētū vide Act. 18. 19. De redi-
tū eius in eam: vide Act. 19. 1. De toto illo
triennio quo mansit in ea, vide Act. 20.
31. Postquam iam vniua voce Ephesios in-
struisset Paulus, deinde illo biennio, quo
Romæ in suo cōducto māsit, scripsit ad eos
ex vinculis, misitque per Tychicum hanc
epistolam, ad ipsos in doctrina veritatis
iam recepta confirmandos. In qua Pau-

lus salutatis primū Ephesius, incipit deinde concionari de benedictionibus Dei spiritualibus in Christo, quas proposita primū generali propositione, deinde facta particulari benedictionū inductione, hoc est methodo & ordine planè naturali persequitur, nisi quod semel atque iterum, nō oblitus se pastorem esse, generalis benedictionis partes aliquot applicet ad Iudeos & Ephesios, nominatim vocationem & viuificationē: semel etiam inserat motus animorum & beneuolentia quendam locum. Post generalem illam doctrinam de benedictionibus spiritualibus, descendit ad speciem, & vocationem illam Ephesiorum quam attigit dūtaxat in generali doctrina fusius iam pertractat: comparatè primū propositam, deinde argumentis aliquot cōfirmatam, hoc est, methodo etiam naturali explicatam. Postquam autem sic in genere primū, deinde in specie do-

cuit

ARGV
 Ephesios, ne
 persona doce
 quā impedit
 prius exp
 fides suas se
 ficiat eos conc
 in locum mot
 tiam doctri
 stantē nam b
 benedictionē,
 de remotione
 partem Epist
 quas tamen nos
 stola apud pop
 numeramus d
 & parte Epist
 quā Epist. para
 ad bonos mores,
 naturalis, & prop
 fuit paratē ad o
 bitionē vocatione

ARGV M. EPIST.

cuit Ephesios, ne offendat præsens conditio persona docentis & ædificationis illud opus impediatur, causa vinculorum suorum prius exposita, hortatur ne ob afflictiones suas segnescant. Quoque magis afficiat eos conclusio hortationis, digreditur in locum motus & beneuolentiae. Absoluta iam doctrina tribus illis partibus constante (nam hæ partes Epist. de doctrina benedictionū, de vocatione Ephesiorum, de remotione scandali crucis sub vnâ partem Epist. generalem venire possunt, quas tamen nos docilitatis gratia in Epistola apud populum explicanda seorsim numerauimus) absoluta, inquā, doctrina & parte Epistolæ didascalica, sequitur pars Epist. parænetica: in qua hortatur ad bonos mores, seruata methodo planè naturali, & proposita primum generalissima parænesi ad officium omne christiani hominis vocatione dignum, deinde indi-

ARGVMENTVM. EPISTOLÆ.

Etis particularibus præceptionibus & officiis, primo loco iis, quæ ad quamcunque sine discrimine hominum conditionem pertinent. Secundo loco iis quæ respiciunt certas quasdam hominum condiciones, ut mariti & uxoris, parentum & liberorum, &c. Postremo, & conclusionis quasi loco, subiecta generali & communi omnibus superioribus officiis parænesi, de se corroborandis, vel induenda spiritali illa Panoplia. In his autem particularibus admonitionibus inducendis quis exactum & precisum ordinem requirat? Absolutis autem duabus illis præcipuis Epistolæ partibus, occupationis quædam specie, ut videtur, significat se credidisse res suas privatas, de quibus etiam certiores fieri volebant Ephesij, Tychico fratri ac ministro coram exponendas. Postremo sic præcisa narratione rerum

rum suarum priuatarum, quid reliquum
fuit, nisi ut eadem salutatione, aut certe
non valde dissimili, qua Epistolam ince-
pit, eam etiam clauderet, optaretque gra-
tiam Dei in Christo, non Ephesius modo,
sed omnibus etiam diligentibus Domi-
num nostrum Christum. Cui sit omnis
honor, & gloria. Amen.

